UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina Evangelica De Meditatione mortis

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Figura xiij. Gallinae. Matt. xxii. iiii. Esdræ i. c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46214

Visual Library

FIGVRA XIII.

Chriſtus ſemetipſum GALLINÆ comparauit. *4 Eſdræ 1. Mat. 23.*

Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti!

FIGVRÆ EXPLICATIO.

CAP. C. Auguſt. in Pſal. 90.

Sapientia Dei, Chriſtus Dñs noſter & Saluator ipſe tanquam GALINAM *ſe dixit. Gallinã cognoſcimus in infirmitate vocis, in relaxatione plumarum, tota mutatur affectu pullorum: quia illi infirmi ſunt, infirmam ſe facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmam ſe fecit ſapientia Dei: quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: vt ſub alis eius ſperemus. Ideo Pſalmiſta ait: Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Hoc dicit, ne tua protectio à te tibi ſit: ne putes, quia tu te potes protegere: ille te proteget, vt eruat de muſcipula venantium. Et quia dicit: Sub alis eius ſperabis: manifeſtum eſt, quia protectio alarũ paſſarum facit te eſſe inter ſcapulas Dei, vt hinc atq. hinc alæ Dei te ponant in medio: & non timebis, ne quis tibi noceat: tantùm tu noli inde recedere, quò nullus inimicus audet accedere. Si gallina protegit pullos ſuos ſub alis ſuis: quanto magis tu ſub alis Dei tutus eris?*

Ioan. 1. Pſal. 90.

FIGVRA XIIII.

Chriſtus PASTOR ille bonus: nos autem Oues paſcuæ eius. *Ioan. 10. Pſalm. 73. 78.*

Ego